



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinæ Christianæ

Melanchthon, Philipp

Lipsiæ, 1572

VD16 M 2890

De Poenitentia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

queos iniecerit conscientijs illa particula constitutionis, quia omnia peccata confiteri. Nec tantum haber incommodi texus se, quantum postea affinxerunt Summitæ, qui colligunt circumstalias peccatorum. Quales ibi Labyrinthi, quanta carnificina sunt timarum mentium? Nam feros & prophanos, ista terriculamenta hil mouebant. POSTEA quales tragedias excitauit quod sacerdos, de proprio inter pastores, & fratres, qui tunc erant fratres, cum de regno confessionum belligerabantur. Nos tur sentimus enumerationem peccatorum non esse necessarium diuino, Idq; placet Panormitano, & plerisq; alijs eruditis Iuris fultis. Nec volumus imponere necessitatem conscientijs totorum, per constitutionem illam, Omnis vtriusq; : de qua perinde dicamus, ut de alijs traditionibus humanis, de quibus sentimus, quoniam sint cultus ad iustificationem necessarij. Et haec constitutio impossibilem præcipit, ut omnia peccata confiteamur. Con autem plurima nos nec meminisse, nec intelligere, iuxta illud: licet quis intelligit?

Sunt boni Pastores, scient quatenus pro sit examinare sed illam carnificinam Summissarum confirmare non volumus, tamen minus fuisset intolerabilis, si verbum unum addidissent fide consolante, & erigente conscientias. Nunc de hac fide con quente remissionem peccatorum, nulla est syllaba, in tanta constitutione glossarum, Summarum, Confessionalium, Neque ibi Christus legitur. Tantum leguntur suppurationes peccatorum. Et maxima pars consumitur in peccatis, contra traditiones humanas, quæ est vanissima. Hæc doctrina adegit multas pias menes desperationem, quæ non potuerunt acquiescere, quia sentiebant re diuino necessariam esse enumerationem, & tamen experientiam impossibilem esse. Sed hærent alia non minora vitia in doctrina uersiorum de pœnitentia, quæ iam recensebimus.

DE POENITENTIA.

IN articulo DVODECIMO probant primam partem, quæ ponimus, Lapsi post Baptismum contingere posse remissionem peccatorum, quocunq; tempore, & quotiescumq; conuertuntur, secundam partem damnant, in qua pœnitentiae partes dicimus esse contritionem & fidem, Negant fidem esse alteram partem pœnitentiae. Quid hic Carole Cæsar innicissime faciamus? Hæc est preceps vox Euangelij, quod fide consequatur remissionem peccatorum. Hanc vocem Euangelij damnant illi scriptores confutationis. Ne igitur nullo modo assentiri confutationi possumus, Non possimus

saluberrimam vocem Euangelij, & plenam consolationis, damnationis, Quid est aliud negare, quod fide consequatur remissionem peccatorum, quam contumelia afficere sanguinem & mortem Christi? Rogamus igitur te Carole Cæsar iniunctis, ut nos de hac re maxima, quæ præcipuum Euangelij locum, quæ veram Christi cognitionem, quæ verum cultum Deum continet, patienter ac diligenter audias & cogoscas. Comperient enim omnes boni viri, nos in hac re, præcipus docuisse vera, pia, salubris, & necessaria vniuersa Ecclesia Christi. Comperient ex scriptis nostrorum plurimum lucis accelerisse Euangelio, & multos perniciosos errores emendatos esse, quibus antea obrutus fuit doctrina de penitentia, per scholasticorum & canonistarum opiniones. Ac priusquam accedimus ad definitionem nostræ sententiaz, hoc praefandum est. Omnes boni viri, omnium ordinum, ac Theologici ordinis etiam, haud dubie fatentur, ante Lutheri scripta, confusissimam fuisse doctrinam penitentiaz. Extant libri Sententiariorum, vbi sunt infinitæ quæstiones, quas nulli Theologi vñquam satis explicare potuerunt. Populus, neq; rei summa complecti potuit, nec videre quæ præcipue requirentur in penitentia, vbi quærenda esset pax conscientiaz. Prodeat nobis aliquis ex aduerfarijs, qui dicat, quando fiat remissio peccatorum. Bone Deus, quæ tenebræ sunt? Dubitant, utrum in attritione, vel in contritione fiat remissio peccatorum. Et si propter contritionem, quid opus est Absolutione? quid agit potestas clavium, si peccatum iam est remissum? Hic vero multo magis etiam sudant, & potestatem clavium impie extenuant. Alij somniant, potestare clavium non remitti culpam, sed mutari penas æternas, in temporales. Ita saluberrime potestas, esse ministerium non vitæ, & spiritus, sed tantum iræ & pœnarum. Alij videlicet cautores fingunt potestate clavium remitti peccata, coram Ecclesia, non coram Deo. Hic quoq; perniciousus error est. Nam si potestas clavium, non consolatur nos coram Deo, quæ res tandem reddet pacatam conscientiam? Iam illa sunt magis etiam perplexa. Docent nos contritione mereri gratiam. Vbi si quis interroget, quare Saul, Iudas, & similes non consequantur gratiam, qui horribiliter contriti sunt, Hic de fide, & de Euangelio respondendum erat, quod Iudas non crediderit, non exerxit se Euangelio & promissione Christi. Fides enim ostendit discrimen inter contritionem Iudei & Petri. Verum aduerfarij de lege respondent, quod Iudas non dilexit Deum, sed timuerit penas. Quando autem territa conscientia, præsertim in seris, veris, & illis magnis terroribus, qui describuntur in Psalmis prophetis, & quos cerie degustant isti, qui vere conuertuntur, indicare poterit, Verum Deum propter se timeat, an fugiat æter-

nas pœnas. Hi magni motus, literis & vocabulis discerni possunt
re ipsa non ita diuelluntur, ut isti suaues sophiste somniant. His
pellamus iudicia omnium bonorum & sapientum virorum, His
dubie fatebuntur, has disputationes apud aduersarios, perpe-
nas & intricatis imas esse. Et tamen agitur de re maxima, de
cipio Euangelij loco, de remissione peccatorum. Tora heretica
na de his quæstionibus, quas recensuimus, apud aduersarios per-
est errorum & hypocrisis, & obscurat beneficium Christi, pro-
rem clauium, & iusticiam fidei.

Hæc sunt in primo in-
Quid? cum ventum est ad Confessionem, quantum ibi negotiorum
illa infinita enumeratione peccatorum? quæ tamē magis erit
te consumitur in questionibus humanis, Et quo magis criminis
bonæ mentes, siogunt hanc enumerationem esse juris diuinai, Eu-
ipsam enumerationem exigant, prætextu juris diuinii, intentu
Absolutione, quæ vere est juris diuinii, frigide loquuntur. Finis
ipsum Sacramentum, ex opere operato conferre gratiam, sicut
motu ventis, De fide apprehendente Absolutionem, & con-
te conscientiam, nulla sit mentio. Hoc vere est, quod dicitur
& πιεγατηρον των μυστηριων.

R E S T A T tertius aduersarius
factionibus, His vero habet confusissimas disputationes. Pa-
xternas pœnas, mutari in pœnas purgatorij. Et harum patet
mitti potestate clauium, partem docent redimendam esse satisfac-
tibus. Addunt amplius, quod oporteat satisfactiones esse open-
pererogationis, & hæc constituant in stultissimis obseruationibus
velut in peregrinationibus, rofarijs, aut similibus obseruationibus,
quæ non habent mandata Dei. Deinde sicut purgatorium satisfac-
tibus redimunt, Ita excogitata est ars redimendi satisfactiones
fuit quæfluoſissima. Vendunt enim indulgentias, quas interpretan-
tur esse remissiones satisfactionum. Et hic quæstus non solum
viuis, sed multo amplior est ex mortuis. Neq; solum indulgen-
tia etiam sacrificio missæ redimunt satisfactiones mortuorum
niq; infinita res est, de satisfactionibus. Inter hæc scandalum
enim possumus enumerare omnia, & doctrinas dæmoniorum
obruta doctrina de iustitia fidei in Christum, & de beneficio
Glorie. Quare intelligent omnes boni viri, vtiliter & pie reprobant
esse doctrinam Sophistarum & Canonistarum, de penitentia.
hæc dogmata aperre falsa sunt, & non solum aliena à scriptura
estis, sed etiam ab Ecclesiasticis patribus. I. Quod per bona
extra gratiam facta, mereamur ex pacto diuinam gratiam. II. Quod
per attritionem mereamur gratiam. III. Quod ad delicta
peccati, sola detestatio criminis sufficiat. IIII. Quod per
contritionem, non fide in Christum, consequamur remissio-

pecatorum. V. Quod potestas clavium valeat ad remissionem peccatorum, non coram Deo, sed coram Ecclesia. VI. Quod portare clavium non remittantur peccata coram Deo, sed quod sit instituta potestas clavium, ut mutet penas aeternas in temporales, ut imponat certas satisfactiones conscientijs, ut instituat novos cultus, & ad tales satisfactiones & cultus obliget conscientias. VII. Quod enumeratio delictorum in Confessione, de qua praecipiunt aduersarij, sine necessaria iure diuino. VIII. Quod Canonica satisfactiones, necessarie sint ad penam purgatoriij redimendam, aut pro sint tanquam compensatio ad tollendam culpam. Sic enim imperiti intelligunt. IX. Quod suscepitio Sacramenti poenitentiae, ex opere operato, sine bono motu ventris, hoc est, sine fide in Christum, conferat gratiam. X. Quod potestate clavium per indulgentias liberentur animae ex purgatorio. XI. Quod in reservatione casuum, non solum pena Canonica, sed etiam culpa reservari debeat, in eo, qui vere convertitur.

Nos igitur, ut explicaremus pias conscientias ex his labyrinthis Sophistarum, constituimus duas partes poenitentiae, videlicet contritionem, & fidem. Si quis volerit addere tertiam, videlicet, dignos fructus poenitentiae, hoc est, bona opera sequentia conuersationem, non refragabimur. Neque ignoramus, quod vocabulum poenitentiae Grammaticis significet improbare id, quod antea probabamus. Id magis quadrat ad contritionem, quam ad fidem. Sed nos hic docendum caussa, poenitentiam totam conuersationem intelligimus, in qua duo sunt termini, mortificatio & viuificatio. Nos vocamus visitatis dominibus contritionem & fidem.

De contritione praecidimus illas otiosas & infinitas disputationes, quando ex dilectione D e t, quando ex timore penarum doleamus. Sed dicimus contritionem esse veros terrores conscientiae, quae Deum sentit irasci peccato, & dolet se peccasse. Et haec contrito ita sit, quando verbo D e t arguuntur peccata, quia haec est summa prædicationis Euangeliij, arguere peccata, & offerre remissionem peccatorum, & iusticiam propter Christum, & Spiritum sanctum, & vitam aeternam, & vi renati beneficiamus. Sic complectitur summa Euangeliij Christus, cum ait, Lucæ ultimo, Prædicati in nomine eius poenitentiam & remissionem peccatorum inter omnes gentes. Et de his terroribus loquitur scriptura, ut Psalm. 37. Quoniam iniquitates meæ supergredi sunt caput meum, Sicut onus graue, grauare sunt super me, &c. Afflictus sum & humiliatus sum nimis, Rogiebam a gemitu cordis mei. Et Psalm. 6. Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum, Sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea, Et anima mea turbata est valde, Et tu Domine usq; quo?

Et Esaiæ 10. Ego dixi, in dimidio dierum meorum, vadam ad postum
inferi, Sperabam vsq; ad mane. Quasi leo sic contrivit omnia
mea. In his terroribus, sentit conscientia iram Dei aduersus per-
tum, quæ est ignota securis hominibus, secundum carnem animali-
bus. Vider peccati turpitudinem, & serio dolet se peccasse, et
fugit interim horribilem iram Dei, quia non potest eam subi-
humana natura, nisi sustentetur verbo Dei. Ita Paulus ait, per legem
legi mortuus sum. Lex enim tantum accusat & terret conscientiam.
In his terroribus aduersarij nostri nihil de fide dicunt. Ita tam
proponunt verbum, quod arguit peccata. Quod cum solum tradidit
doctrina legis est, non Euangelij. His doloribus ac terroribus dona
homines mereri gratiam, si tamen diligunt Deum. At quomodo
diligent Deum homines in veris terroribus, cum sentiunt horribilis
& inexplicabilem humana voce, iram Dei? Quid aliud nisi de-
rationem docent, qui in his terroribus tantum ostendunt legendum?

Nos igitur addimus alteram partem pœnitentiaz; de fide
Christum, quod in his terroribus debeat conscientijs proponi Eu-
gelium de Christo, in quo promittitur gratis remissio peccatorum
Christo. Debent igitur credere, quod propter Christum gran-
mittuntur ipsis peccata. Hæc fides erigit, sustentat, & viuiscat
tritos, iuxta illud: Iustificati ex fide pacem habemus. Hæc
consequitur remissionem peccatorum. Hæc fides iustificatur
Deo, ut idem locus testatur: Iustificati ex fide. Hæc fides ob-
discrimen inter contritionem Iudæ & Petri, Saulis & Dauidis. Iudæ
aut Saulis contrito non prodest, quia non accedit ad eam
fides, apprehendens remissionem peccatorum donatam propter Christum.
Ideo prodest Dauidis aut Petri contrito, quia ad eas fides
redit, apprehendens remissionem peccatorum donatam propter Christum.
Nec prius dilectio adest, quam sit facta fide reconciliatio.
enim non sit sine Christo, iuxta illud: Per Christum habemus
cessum ad Deum. Et hæc fides paulatim crescit, & per omnem via-
lum taurum cum peccato, ut vincat peccatum & mortem. Ceterum
dem sequitur dilectio, ut supra diximus. Et sic clare definitus
filialis timor, talis paucus qui cum fide coniunctus est, hoc est, vi-
des consolatur, & sustentat pauidum cor. Seruiles timor, vobis
non sustentat pauidum cor. Porro potestas clavium ad-
nistrat & exhibet Euangelium per absolutionem, quæ est vera
Euangelij, Ita & Absolutionem complectimur, cum de fide dicimus
quia fides est ex auditu, ut ait Paulus. Nam auditio Euangelio,
dicta Absolutione, erigitur & concipit consolationem conscientie.
Et quia Deus vere per verbum viuiscat, claves vere coram Dis-
mittunt peccata, iuxta illud: Qui vos audit, me audit. Quare

Molventis, non secus ac voci de cœlo sonanti credendum est. Et Absolutionis propriæ potest Sacramentum poenitentia, ut etiam scholastici Theologi eruditiores loquuntur. Interim hæc fides, in iurisdictionibus multipliciter alitur, per Euangelij sententias, & per vsum Sacramentorum. Hæc enim sunt signa noui Testamenti, hoc est, signa remissionis peccatorum. Offerunt igitur remissionem peccatorum, sicut clare testantur verba cœna Domini: Hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur. Hic est calix noui Testamenti, &c. Ita fides concipitur, & confirmatur per Absolutionem, per auditum Euangelij, per vsum Sacramentorum, ne succumbat, dum luctatur cum terroribus peccati & mortis. Hæc est ratio poenitentia, plana & perspicua est, & auget dignitatem potestatis clavium, & Sacramentorum, & illustrat beneficium Christi, docet nos vti media-tore ac propitiatore Christo.

Sed quia confutatio damnat nos, quod has duas partes poenitentia posuerimus, ostendendum est, quod scriptura in poenitentia, seu conversione impij, ponat has præcipuas partes. Christus enim inquit Matth. n. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Hic duo membra sunt, labor & onus significant contritionem, pauperes & terrores peccati & mortis, Venire ad Christum, est credere, quod propter Christum remittantur pecca-ta, cum credimus, viuificantur corda Spiritu sancto, per verbum Christi. Sunt igitur hic duæ partes præcipuæ, contrito & fides. Et Marci primo Christus ait: Agite poenitentiam, & credite Eu-an-gelio, Vbi in priore particula arguit peccata, in posteriore consola-tur nos, & ostendit remissionem peccatorum. Nam credere Eu-an-gelio, non est illa generalis fides, quam habent & Diaboli, sed pro-priæ est credere remissionem peccatorum propter Christum donatam. Hæc enim reuelatur in Euangelio. Videtis & hic duas partes coniungi. Contritionem, cum arguitur peccata, Et fidem, cum dicitur: Credite Euangelio. Si quis hic dicat Christum complecti etiam fructus poenitentia, seu totam nouam vitam, non dissentiemus. Nam hoc no-bis sufficit, quod haec partes præcipuæ nominantur contrito, & fides.

P A Y L V S fere vbiq; cum describit conversionem seu renouationem, facit has duas partes, Mortificationem & viuificationem, v Coloss. 2. In quo circuncisi estis circumcisio non manu facta, vi-delicet expoliatio corporis peccatorum carnis. Et postea, in quo simul resuscitati estis per fidem efficacia D 2 1. Hic duæ sunt partes, Altera est expoliatio corporis peccatorum, Altera est resuscitatio per fidem. Neg, haec verba, mortificatio, viuificatio, expoliatio corporis peccatorum, resuscitatio, Platonice intelligi debent de si-mulata muratione. Sed mortificatio significat veros terrores, quales sunt

L 3 sunt

sunt morientium, quos sustinere natura non posset, nisi erigentur de. Ita hic expolationem corporis peccatorum vocat, quam nunc cimus vstate contritionem, quia in illis doloribus concupiscentiae naturalis expurgatur. Et viuificatio intelligi debet, non imaginaria Platonica, sed consolatio quae vere sustentat fugientem vitam mortis. Sunt ergo hic duæ partes, Contritio & Fides. Quia conscientia non potest reddi pacata, nisi fide. Ideo sola fides vincat, iuxta hoc dictum: Iustus ex fide viuet. E t dene
Colosi. inquit, Christum delere chirographum, quod per legem uersatur nobis. Hic quoq; duæ sunt partes, Chirographum, & dicitio Chirographi. Est autem Chirographum, conscientia argentea condemnans nos. Porto lex est verbum, quod arguit & condemnat peccata. Hæc igitur vox quæ dicit. Peccati Domino, sicut Domini est Chirographum. Et hanc vocem impij & securi homines emittunt serio. Non enim vident, non legunt scriptam in cordis sententiam legis. In veris doloribus ac terroribus cernitur haec sententia. Est igitur Chirographum ipsa contritio, condemnans nos. Deinde Chirographum, est tollere hanc sententiam condemnationis animo, & sententiam insculpere, qua sentiamus nos liberatos ab illa condemnatione. Est autem fides, noua illa sententia, quæ let priorem sententiam, & reddit pacem & vitam cordi.

Q V A N Q Y A M quid opus est multa citare testimonia, ubiq; obvia sint in scripturis. Psalm. 17. Castringas castringum Dominus, & morti non tradidit me. Psalm. 18. Defecit anima mea in angustia, Confirma me verbo tuo. Vbi in priore membro continetur contritio, in secundo modus clare describitur, quomodo contritione recreemur, scilicet verbo D e i, quod offert gratiam sustentat & viuificat corda. Et 1. Regum 2. Dominus mortificat, viuificat, deducit ad inferos, & reducit. Horum altero significatur contritio, altero significatur fides. Et Esaïæ 28. Dominus iratissimus faciat opus suum. Alienum est opus eius, ut operetur opus suum. Alienum opus D e i vocat, cum terret, quia D e i proprium opus viuificare & consolari. Verum ideo terret, inquit, ut sit locus consolationis, & viuificationis, quia secura corda & non sentientia in D e i, fastidium consolationem. Ad hunc modum, solet scriptura duo coniungere, terrores & consolationem, ut doceat haec prædicta membra esse in pœnitentia, contritionem, & fidem consolamentum iustificantem. Neq; videmus quo modo natura pœnitentie clarum simplicius trahi possit. Hæc enim sunt duo principia opera Dei in hominibus, perterrefacere, & iustificare ac viuificare perterrefacere. In hæc duo opera distributa est viuifica scriptura. Altera pars est, quæ ostendit, arguit & condemnat peccata. Altera pars est,

gellum, hoc est promissio gratiae in Christo donata, & haec promissio subinde reperitur in tota scriptura, primum tradita Adae, postea Patriarchis, deinde a Prophetis illustrata. Postremo praedicata & exhibita a Christo inter Iudeos, & ab Apostolis sparsa in totum mundum. Nam fide huius promissionis, sancti omnes iustificati sunt, non propter suas attritiones, vel contritiones. Et exempla ostendunt similiter has duas partes. Adam obiurgatur post peccatum, & perterreficitur. Haec fuit contritio. Postea promittit Deus gratiam, dicit futurum semen, quo destruetur regnum Diaboli, mors & peccatum, ibi offert remissionem peccati. Haec sunt praecipua. Nam et si postea additur pena, tamen haec pena non meretur remissionem peccati. Et de hoc genere paenarum paulo post dicemus. Sic David obiurgatur a Nathan, & perterrefactus inquit: Peccavi Domino, Ea est contritio. Postea ostendit absolutionem, Dominus suscitavit peccatum tuum, Non morieris. Haec vox erigit Davidem, & fide sustentat, iustificat & vivificat eum. Additur & hic pena, sed haec pena non meretur remissionem peccatorum. Nec semper adduntur penitulares penas, sed haec duo semper existere in penitentia oportet, contritionem & fidem, vt Luca 7. Mulier peccatrix venit ad Christum lacrymans. Per has lacrymas agnoscitur contritio. Postea audiit Absolutionem, Remittuntur tibi peccata, Fides tua saluam te fecit, vade in pace. Haec est altera pars penitentiae, fides, quae erigit & confortatur eam. Ex his omnibus appetit pija lectoribus, nos eas partes penitentiae ponere, quae proprie sunt in conuersatione, seu regeneratione, & remissione peccati. Fructus digni & paenae sequuntur regenerationem & remissionem peccati. Ideoq; haec duas partes posuimus, vt magis conspici fides possit, quam in penitentia requirimus. Et magis intelligi potest, quid sit fides, quam predicit Euangelium, cum opponitur contritioni, ac mortificationi.

E t ut totus orbis terrarum videat, quanta sit inscitia recte pietatis in nostris Criticis, qui confutationem scripserunt, adiemus & Bernardi Sententiam, qui proflus ad eundem modum coniungit haec duo membra in penitentia, contritionem & fidem, si cur nos coniungimus. Verba sunt haec in sermone tertio de annuntiatione: Auditam fac mihi mane misericordiam tuam, quia in te speravi Domine. Sola nimurum spes apud te miserationis locum obtinet, nec oleum misericordiae, nisi in vase fiducia ponis. Sed est infidelis fiducia, solius virtus maledictionis capax, cum videlicet in spe peccamus. Quanquam nec fiducia illa dicenda sit, sed insensibilitas quadam, & dissimulatio perniciosa. Quae enim fiducia est ei, qui periculum non attendit? aut quod ibi timoris remedium, vbi nec timor sentitur, nec materia ipsa timoris? Fiducia solutum est, nec

eget ille solatio qui lætatur cum male fecerit , & in pessimum
magis exultat. Rogemus itaq; fratres responderinobis, quantum
beamus iniquitates & peccata , sceleris nostra & delicta nobis
sideremus ostendi. Scrutemur vias nostras , & studia nostra pen-
laq; vnuersa vigili intentione pensemus . Dicat quisq; in pessi-
mo suo, vadam ad portas inferi , vt iam non nisi in sola Dei miseri-
tia respiremus . Hæc vera hominis fiducia est , à se deficiens,
innitentis Domino suo. Hæc inquam vera fiducia est , cui nihil quidam
cordia non denegatur , Propheta testante : Beneplacitum est solatio
mino superstinentes eum , & in his , qui sperant super misericordia regis
eius . Nec parua vriq; suppetit nobis , in nobis quidem cuncta intentione
moris , in ipso autem causa fiduciae . Haec tenus Bernardus, cunctio
sentientiam propterea etiam non inquit rerulimus , ut videamus & in an-
nes, quomodo fidem hic intelligamus de fiducia misericordie . Qui no-
erigit & consolatur perterrefactos , quam iste recte fiduciam promonu-
lat. Et hæc clare conspici potest, cum sit Antithesis terrorum &
solationis. Sicut hic Bernardus vule in hominibus existere cognoscit pecca-
tum peccatorum, seu contritionem , seu terrores , Et vult accedit loquen-
tiduciam, qua erigit in contritione. Sed quia aduersarii sio pecc-
minatum hoc damnant, quod dicimus, homines fide consequuntur auctem ,
fionem peccatorum, addemus paucas quasdam probationes, ex catorum
bus intelligi poterit , remissionem peccatorum contingere, non propter
opere operato, propter contritionem, sed fide illa speciali, quam iudicator
quisq; credit sibi propter Christum remitti peccata . Nam hic accessus
ticularis præcipiens est, de quo digladiamur cum aduersariis , & cura non
cognitionem ducimus maxime necessariam esse Christianis omnes, fi-
bus . Cum autem supra de iustificatione de eadem re sati diuinum firmum ,
deatur, hic breuiores erimus. Sunt enim loci maxime cognati , intelligi
etina pœnitentia, & doctrina iustificationis. **A D V E R S A R I U M**
cum de fide loquuntur , & dicunt eam præcedere pœnitentiam, finit ex
telligent fidei, non hanc qua iustificat, sed qua in genere con-
Deum esse, ponas propositas esse impijis , &c. Nos præter illam caro
dem, requirimus, vt credat sibi quisq; propter Christum remitti po- in Asia
cata . De hac fide speciali litigamus , & opponimus eam opinio- mision
qua iubet confidere non in promissione Christi, sed in opere operato contritionis, confessionis, & satisfactionum, &c. Hæc fides nos tuis, Et
quitur terrores , vt vincat eos , & reddat pacatam conscientiam .
Huic fidei tribuimus, quod iustificet & regeneret, dum ex terra Christus
liberat, & pacem, gaudium, & nouam vitam in corde parit. Hanc cum crea- politiv
dem defendimus vere esse necessariam ad remissionem peccatorum
ideo ponimus inter partes pœnitentia, seu conuercionis . Nec illa Yerba h
sentit Ecclesia Christi, etiam si aduersarij nostri reclamant:

PRINCIPIO autem interrogamus aduersarios, Vtrum Absolutionem accipere, pars sit pœnitentia nec ne? Quod si à Confessione separant, vt sunt subiles in distinguendo, non videmus quid proficit Confessio sine Absolutione. Sin autem non separant à confessione acceptionem Absolutionis, necesse est eos sentire, quod fides pars pœnitentiae, quia Absolutio non accipitur nisi fide. Quod scilicet autem Absolutio non accipiatur nisi fide, ex Paulo probari potest, cuiusque qui daret Roma. 4. quod promissio non possit accipi nisi fide. Ab cum ei de soluto autem est promissio remissionis peccatorum, Igitur necessaria remissio requirit fidem. Nec videmus, quomodo dicatur is accipere Absolutionem, qui non assentitur ei. Et quid aliud est non assentiri Absolutionis, accusationi, quam Deum accusare mendacij, si cor dubiter, sentit incertus, & inania esse que promittit Deus? Ideo i. Iohann. 5. scriptum est: Quoniam credit Deo, mendacem facit eum, quia non credit in testimoniis spem suorum, quod testificatus est Deus de filio suo.

SECUNDО sacerdoti aduersarios existimamus, remissionem cogit peccatorum, pœnitentia, seu partem, seu finem, seu (vt ipsorum modis accedit loquamur) terminum esse ad quem. Ergo id quo accipitur remissio peccatorum, recte additur partibus pœnitentiae. Certissimum est quod autem, etiam omnes portae inferorum reclament remissionem peccatorum non posse accipi, nisi sola fide, quæ credit peccata remitti, non propter Christum, iuxta illud Roma. 3. Quem propulit Deus propter peccatum per fidem, in sanguine ipsius. Item Roma. 5. Per quem nam habemus accessum per fidem in gratiam, &c. Nam conscientia terrena, & carnales non possunt opponere ira Dei opera nostra aut dilectionem nostram omnium, sed ita demum sit pacata, cum apprehendit mediatores Christi, & credite promissionibus propter illum donatis, Non enim cognati, & intelligunt quid sit remissio peccatorum, aut quomodo nobis contingat, qui somniant corda pacata fieri, sine fide in Christum. Petrus cœbat ex Eliia: Qui crediderit in eum, non confundetur. Necesse est ergo credere confundiri hypocritas, confidentes se accipere remissionem peccatorum propter sua opera, non propter Christum. Et Petrus ait in Actis cap. 10. Huic omnibus Prophetae testimonium perhibent, remissio peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum. Non potuit dici magis dilucide, quam quod ait, per nomen eius. Et addit, omnes qui credunt in eum. Tantum igitur ita accipimus remissionem peccatorum per nomen Christi, hoc est, propter Christum, non propter vlla nostra merita atq; opera. Et hoc ita sit, cum credimus nobis remitti peccata propter Christum. Aduersarij ecclœ, nonnulli vocerantur se esse Ecclesiam, se consensum Ecclesie sequi. At Petrus hic in nostra causa etiam allegat consensum Ecclesie, huic inquit, omnes Prophetae perhibent testimonium remissionem peccatorum

torum accipere per nomen eius, &c. Profecto consensus Doy
rum iudicandus est vniuersalis Ecclesie consensus esse. Nec Popu
lus Ecclesie concedimus potestatem decernendi contra hunc con
fessorum. At Bulla Leonis sperre damnat hunc articulo
remissione peccatorum, dominant & aduersarij in Confutatione
ex re appetit, qualis sit Ecclesia iudicanda istorum, qui non
decretis improbat hanc sententiam, quod remissionem peccatorum
consequamur fide, non propter opera nostra, sed propter Christum. Tantum
sed etiam iubent eam vi ac ferro abolere. Iubent omni generi hominum
litatis perdere viros bonos, qui sic sentiunt. Sed habent magni consen
sus autores, Scotum, Gabriclem, & similes, dicta Patrum, qui aliud, a
cretis trunata citantur. Certe si numeranda sunt testimonis, misio
narii sunt. Est enim maxima turba nugacissimorum scriptorum in remissione
tias, qui tanquam coniurati defendunt illa figura de merito Christi
tionis & operum, & cætera quæ supra recitauimus. Sed ne quis torum
titudine moueat, non magna autoritas est in testimonij p[ro]p[ter] 25, &
rum, qui non genuerunt sua scripta, sed tantum compilatis super Christi
bus, transuderunt illas opiniones ex alijs libris in alio. Nihil in his remis
adhibuerunt, sed vt pedanei senatores taciti comprobauerunt iuber
riorum errorum non intellectos. Nos igitur hanc Petri vocem non pro
bitemus opponere, quamlibet multis legionibus Sententiarum usitatis
quæ allegat consensum Prophetarum. Et accedit testimonium Petri, n[on] in
tus sancti ad hanc concessionem Petri. Sic enim ait textus: Adiu^m, tan
quente Petro verba h[oc]c, cecidit Spiritus sanctus super omnes Christi
audiebant verbum. Sciant igitur p[ro]p[ter] conscientia, hoc esse peccato
rum Dei, vt credant sibi gratis ignosci propter Christum, non sentire,
propter opera nostra. Et hoc mandato Dei sustinent se aduersarij sequa
rationem, & aduersus terrores peccati & mortis. Et hanc suam de
tiam sciant à principio mundi in Ecclesia extitisse apud sanctos de iusti
tus enim clare allegat consensum Prophetarum, & Apollon docent
scripta testantur eos idem sentire. Nec desunt Patrum tellus missio
nam Bernardus idem dicit verbis minime obscuris: Nec tam
enim primo omnium credere, quod remissionem peccatorum in velutam
re non possis, nisi per indulgentiam Dei, sed adduc v[er]o de te, fin
hoc, quod per ipsum peccata tibi donantur. Hoc est testimonium sententie
quod perhibet Spiritus sanctus, in corde tuo dicens: Diuina & iudic
tibi peccata tua. Sic enim arbitratur Apostolus, gratis iustificare tuum qua
minem per fidem. Haec Bernardi verba mirifice illustrant v[er]o bona
nostram, quia non solum requirit, vt in genere credamus, per has causas
remitti per misericordiam, sed iubet addere specialem fidem ponit le
credamus & nobisipsis remitti peccata. Et docet quomodo cum Christum
damur de remissione peccatorum, videlicet, cum fide corda p[re]te rem

us Propt
ur, & sunt tranquilla per Spiritum sanctum. Quid requirunt am
Nec Pap
plus aduersarij? Num adhuc audent negare fide nos consequi re
coadun
missionem peccatorum, aut fidem partem esse paenitentiae?

T E R T I O. Aduersarij dicunt peccatum ita remitti, quia
artitus seu contritus elicit actum dilectionis D e i, propter hunc
stationem qui non
adum meretur accipere remissionem peccatorum. Hoc nihil est, ni
si legem docere, delero Euangelio, & abolita promissione de Christo.
Tantum enim requirunt legem & nostra opera, quia lex exigit dile
generi
consequamur, propter contritionem & dilectionem. Hoc quid est
magni
m, que
alius, nisi collocare fiduciam in nostra opera, non in verbum & pro
monstratio
missionem Dei de Christo? Quod si lex satis est ad consequendam
in fe
remissionem peccatorum, quid opus est Euangelio? quid opus est
merito
Christo, si propter nostrum opus consequimur remissionem pecca
ne quod
torum? Non contra a lege ad Euangelium reuocamus conscienti
nisi pos
as, & a fiducia proprietum operum ad fiduciam promissionis &
tis fore
Christi, quia Euangelium exhibit nobis Christum, & promittit gra
tia remissione peccatorum propter Christum. Hac promissione
auerunt
iubet nos confidere, quod propter Christum reconciliemur patri,
ocem
non propter nostram contritionem aut dilectionem. Non enim ali
entiam
vis est mediator aut propitiator nisi Christus. Nec legem facere possu
onum
mus, nisi prius per Christum reconciliati simus. Et si quid facere
s: Ad
mus, tamen sentiendum est, quod non propter illa opera, sed propter
r omos
Christum mediatorem & propitiatorem consequimur remissionem
c effem
peccatorum. Imo contumelia Christi, & Euangelij abrogatio est,
im, non
sentire, quod remissionem peccatorum propter legem aut aliter con
uerfas
hanc do
fandus
de iustificatione, cum diximus, quare profiteamur homines si
Apollon
Diuini & indicio D e i, iuxta illud: Non intrabis in iudicium cum seruo
iustificatio
two, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Nec de
rancem
rancem
honoris Christi transferri in nostra opera. **P R O P T E R**
mus, p
has causas contendit Paulus, quod non iustificemur ex lege, & op
eris
ponit legi promissionem remissionis peccatorum, quae propter
modo c
Christum donatur, ac docet nos gratis propter Christum fide acci
corda pre remissionem peccatorum. Ad hanc promissionem reuocat nos
Paulus

Paulus à lege. In hanc promissionem iubet intueri, quæ ceterum erit, si prius lege iustificamur, quam per promissionem, aut si per nostram iusticiam consequimur remissionem peccatorum. At stat, quod ideo nobis data est promissio, ideo exhibitus est Christus, quia legem non possumus facere. Quare necesse est, prius missione reconciliari, quam legem facimus. Promissio autem fidei accipitur. Igitur necesse est contritos apprehendere promissionem remissionis peccatorum, donatae propter Christum ac statuere quod gratis propter Christum habeant placatum patrem. Hæc est sententia Pauli ad Romanos 4, cum inquit: Ideo ex fide secundum gratiam firma sit promissio. Et ad Galat. 3. Concluimus omnia sub peccatum, ut promissio ex fide Iesu Christi credentibus, id est, omnes sunt sub peccato, nec possunt alteriri, nisi fide apprehendant promissionem remissionis peccatorum. Prius igitur oportet nos fide accipere remissionem peccatorum, quam legem facimus, et si ut supra dictum est, fidem dilectio- tur: quia renati Spiritum sanctum accipiunt, ideo legem faciunt. Citaremus plura testimonia, nisi obvia essent cuiuslibet lectori in scripturis. Et nos non nimis prolixii esse cupimus, nra lius hæc causa perspicci posset. Neque vero dubium est, quin haec sententia Pauli, quam defendimus, quod fide accipiamus remissionem peccatorum propter Christum, quod fide mediatores Christi opponere debeamus ira Dei, non opera nostra. Nec per nos piæ mentes, etiam si Pauli sententias calumniantur aduersarij. Nam simpliciter dicitur, quod non queat depravari cauillando. Scimus hanc, quam diximus, veram & germanam sententiam esse, scimus hanc nostram sententiam p̄ijs conscientijs firmam solationem asserre, sine qua nemo confistere in iudicio Dei potest. Itaque repudient illæ Pharisaicæ opinions aduersariorum, qui non accipiamus fide remissionem peccatorum, sed quod operari dilectione nostra & operibus, quod dilectionem nostra opera nostra ira Dei opponere debeamus. Hæc doctrina legum non Euangelij, quæ singit prius hominem lege iustificari, quam Christum reconciliatus sit Deo, cum Christus dicat: Sine me non potest facere. Item: Ego sum virtus vera, vos palmites. Verbiuersarij fingunt nos esse palmites non Christi, sed Moysi. Prius volunt lege iustificari, dilectionem suam & opera offere Deo, reconciliantur Deo per Christum, quam sint palmites Christi. Ius contra contendit, legem non posse fieri sine Christo, ideo missio prius accipienda est, ut fide reconciliemur Deo propter Christum, quam legem facimus. Hæc satis perspicua esse p̄ijs conscientijs existimamus. Et hinc intelligent, cur supra profensi simus inde-

hominem fide , non dilectione , quia oportet nos opponere iræ Dei ,
non nostram dilectionem aut opera , aut confidere nostra dilectione
ac operibus , sed Christum mediatorem . Et prius oportet apprehendere
et promissionem remissionis peccatorum , quam legem facimus .

P O S T R E M O , quando erit pacata conscientia , si ideo acci-
pimus remissionem peccatorum , quia nos diligimus , aut legem fa-
cimus ? Semper enim accusabat nos lex , quia nunquam legi Dei satis-
facimus , scut inquit Paulus : Lex iram operatur . Chrysostomus
querit de pœnitentia , vnde certi reddamur , peccata nobis remissa
esse . Querunt & in sententijs eadem de re aduersarij . Hoc non po-
test explicari , non possunt conscientiæ reddi tranquillæ , nisi seiant
mandatum Dei esse , & ipsum Euangeliū , vt certo statuant propter
Christum gratis remitti peccata , nec dubitent sibi remitti . Si quis
dubitatis , vt Iohannes ait , accusat promissionem diuinam menda-
cij . Hanc certitudinem fidei nos docemus requiri in Euangeliō . Ad-
uersarij relinquent conscientias incertas & ambigentes . Nihil autem
agunt conscientiæ ex fide , cum perpetuo dubitant , vtrum habeant re-
missionem . Quomodo possunt in hac dubitatione invocare Deum ?
quomodo possunt statuere quod exaudiantur ? Ita tota vita est sine
Deo , & sine vero cultu Dei . Hoc est quod Paulus inquit , peccatum
est , quicquid non sit ex fide . Et quia in hac dubitatione perpetuo ver-
fatur , nunquam experientur quid sit fides . Ita sit vt ad extrellum
runt in desperationem . Talis est doctrina aduersariorum , doctrina
legis , abrogatio Euangeliū , doctrina desperationis . Nunc libenter
omnibus bonis viris permittimus iudicium de hoc loco pœnitentia
(nihil enim habet obscuri) vt pronuntient , utri magis pia & salubria
conscientia docuerint , nos , an aduersarij . Profecto non delectant
nos hæ dismissiones in Ecclesia , quare nisi magnas & necessarias causas
haberemus dissentendi ab aduersarijs , summa voluntate taceremus .
Nunc cum ipsi manifestam veritatem daiment , non est integrum no-
bi deterrere causam , non nostram , sed Christi & Ecclesiae .

D I X I M U S , quas ob causas posuerimus hæ duas partes
penitentia , contritionem & fidem . Idq; hoc fecimus libentius , quia
circumferuntur multa dicta de pœnitentia , quæ truncata citantur ex
Partibus , quæ ad obscurandam fidem detorserunt aduersarij . Talia
sunt . Penitentia est mala præterita plangere , & plangenda iterum
non committere . Item : Penitentia est quædam dolentis vindicta ,
punies in se quod dolet se commississe . In his dictis nulla sit mentio
fidei . Ac ne in scholis quidem , cum interpretantur , aliquid de fide
additur . Quare nos eam , vt magis conspici doctrina fidei possit , inter
partes penitentia numerauimus . Nam illa dicta , quæ contritionem
urbana opera requirunt , & nullam fidei iustificantis mentionem fa-
ciunt ,

ciunt, periculosa esse, res ipsa ostendit. Et merito desiderari potest, qui centones illos sententiarum & decretorum gesterunt. Nam cum Patres alias de alia parte pœnitentie loquuntur, non tantum de una parte, sed de utraq; hoc est, de contritione fidei, excerpere & coniungere sententias profusifet. Nam Tertius egregie de fide loquitur, amplificans iusserandum illud a Prophetam, Viuo ego, dicit Dominus, nolo moriem peccatoris, ut conuertatur & vivat. Quia enim iurat Deus, nolle se mortecatoris, ostendit requiri fidem, vt iuranti credamus, & ceteris hominibus, eum nobis ignorare. Magna debet esse autoritas apostolorum promissionum diuinorum per seipsum. At haec promissio etiam tardando confirmata est. Quare si quis non statuit sibi ignorare, in Deum verum iurasse, qua blasphemia atrocior nulla ex cogitatione. Sic enim ait Tertullianus: Invitat premo salutem, iurans enim, non dicens, cupit sibi credi. O beatos, quorum causa iurat Deus miserrimos, si nec iuranti Domino credimus. Atque hic sciendum, quod haec fides debeat sentire, quod gratis nobis ignoraretur Deus propter Christum, propter suam promissionem, non propter nostram contritionem, confessionem, satisfactionem aut dilectionem. Nam si fides nitatur his operibus, statim sit incerta, quia confidit pauida videt haec opera indigna esse. Ideo præclare ait Ambrosius de pœnitentia: Ergo & agendum pœnitentiam & tribuendam nos credere nos conuenit, ut veniam tamen tanquam ex fide spernatur, tanquam ex syngrapha fides imperrat. Item, fides est quæ peccata cooperit. Extant itaque sententiae apud Patres, non solum de contritione & operibus, sed etiam de fide. Verum aduersarij, cum naturam pœnitentia intelligent, neque sermonem Patrum, excepta de parte pœnitentia, videlicet de operibus, Alibi dicta sunt non intelligunt, prætereunt.

DE CONFESSIONE ET SATISFACTIONE.

BONI viri facile iudicare possunt, plurimum referre, ut de prioribus partibus, videlicet contritione & fide, conservetur doctrina. Itaque in his locis illustrandis, semper plus versari debet de Confessione & satisfactionibus non admodum rixari sumus. & nos confessionem retinemus, præcipue propter absolutionem est verbum Dei, quod de singulis autoritate diuina pronuntiat postulas clauium. Quare impium est ex Ecclesia priuatum absolucionem tollere. Neque quid sit remissio peccatorum aut potestas clauis